



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 70. Sessio IV. Concilii Mediolani habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

cem cum Venetis conciliaret, ac seditio-
 sos Cardinales ad obsequium revocaret. Sæc. XVI.
A.C. 1511.
 Horum meritorum suffragio ab eodem
 Papa Concordiensis Episcopus, demum
 Anno millesimo quingentesimo undeci-
 mo Cardinalis renunciatus est, cum tan-
 ta Pontificis lætitia, ut præ gaudio totus
 in lacrimas difflieret, qua tamen conso-
 latione haud diu potiebatur: Argenti-
 nus enim eodem Anno die Sabbati vige-
 sima tertia Augusti repentino morbo cor-
 ruptus obiit, non sine immodico Ponti-
 ficis luctu, qui, ut fertur, præ dolore i-
 psum animam agere videbatur. Cada-
 ver ejus primo in æde S. Mariæ Trans-
 tyberim conditum, postea Concordiam
 delatum Cathedralis Ecclesia excepit.
 Posteris reliquit Franciscus, ut refert
 Ciaconius, quædam ingenii sui monu-
 menta, atque inter cetera tractatum de
 immunitate Ecclesiastica.

§. LXX.

*Sessio IV. Pisani Concilii Mediolani
 habita.*

Tandem Pisanæ Synodi Patres, timore
 depulso, præfixa die quarta Januarii *In act. II.
Conc. Pisan.
p. 108. Et seq.*
 Anno millesimo quingentesimo duodeci-
 mo Mediolani quartam habebant Sessio-
 nem, cui plures, quam Pisis iutereant;
 accesserant enim Sanseverinas, & S. An-
 geli

Sæcul. XVI. **A.C. 1512.** geli Cardinales præter Præsules Catalaunensem, Bierrensem, Valentensem, Aftensem, San-Floriensem, aliumque Episcopum, unacum Abbatibus S. Antonii, Viennensi, & Clerfensi. Ibi sacro solemniter de Spiritu Sancto per Renatum Prie Bajocensem Cardinalem decantato, Ordinis Præmonstratensium Procurator sermonem habuit, in hæc Davidis verba: *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem deos judicat.* Psal. 81. v. 1. Differuit is de ineluctabili necessitate Synodum celebrandi, necnon de zelo, quo Patres vacillantem Ecclesiæ disciplinam restaurare tenerentur. Postmodum fusius scelera, quæ vineam Domini depascere, haud alio quam Generalis Synodi remedio corrigenda enumerabat. Denique Lutevensis Episcopus Synodi decreta prælegit, quorum hæc summa est.

§. LXXI.

Decreta hujus Sessionis.

Sacrosancta generalis Synodus Pisana ad hæresum, errorum & schismatum extirpationem, ac reformationem Ecclesiæ, pacemque Christianorum & contra Infideles expeditionem divinitus inspirata desinit, ac declarat, quod ipsa Synodus plurimum desideret, ut omnes fideles intelligerent, quanto justitiæ & pietatis zelo progredi intendat
eum